Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

In diebus illis. Dixit esayas propheta. Feria iiii. quattuor temporum. lectio Esaye prophete.
Erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice
montium. et elevabitur super colles. et fluent ad eum omnes gentes.
et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad montem domini.
et ad domum dei iacob. et docebit nos vias suas. et ambulabimus in
semitis eius. quia de syon exibit lex. et verbum domini de iherusalem. Et iu
dicabit gentes. et arguet populos multos. Et conflabunt gladios
suos in vomeres. et lanceas suas in falces. Non levabit gens
contra gentem gladium. nec exercebuntur ultra ad prelium. Domus
iacob. venite ambulemus in lumine domini dei nostri. Feria sexta
Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice. Esaye prophete
yesse. et flos de radice eius ascendet. et requiescet super eum
spiritus domini. spiritus sapiencie. et intellectus. spiritus consilii. et fortitu
dinis. spiritus sciencie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini.
Non secundum visionem oculorum iudicabit. neque secundum auditum auri
um arguet. sed iudicabit in iusticia pauperes. et arguet in equitate
pro mansuetis terre. Et percuciet terram virga oris sui. et spiritu labiorum
suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum
eius. et fides cinctorium renum eius. Secundum Lucam.
In illo tempore. Exurgens maria. abiit in montana. cum festina
cione in civitatem iuda. et intravit in domum zacharie. et salutavit
elisabeth. Et factum est ut audivit salutacionem Marie elisabeth. ex
ultavit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto elisabeth. et excla
mavit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres. et bene
dictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi. ut veniat ma
ter domini mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutacionis tue
in auribus meis. exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata
que credidit. quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a domino. Et ait
maria. Magnificat anima mea dominum. et exultavit spiritus meus in deo
salutari meo. Sabbato xii lectiones Esaye. In illis diebus. Clama

Sit nobis domine quod beatus Johannes apostolus et ewangelista dilectus tuus contra quodcumque
venenum sine periculo et potum presidium salutare quod ad confirmacionem
tui nominis potencia illesus sumpsit potum mortiferum et letale. Per do
Benedictio Dei patris et filii et spiritus sancti descendat super hoc scriptum
vini Amen